



BOLETÍN ECLESIASTICO

DEL

Obispado de Astorga.

SUMARIO: Carta Encíclica de Nuestro Santísimo el Papa Pío X.—Ordo Servandus (continuación).—Descuento á las Fábricas.—Suscripción diocesana para socorrer á los pueblos perjudicados por las pasadas inundaciones (continuación).—Conferencias morales y litúrgicas para el mes de Julio.—Ordenez.—Interesante al Clero parroquial.—Advertencia.—Asociación Sacerdotal de Sufragios.—Necrología.

LITTERAE ENCICLYCAE

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPIB
EPISCOPIB ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS PACEM ET COMMUNIO-
NEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS.

PIUS PP. X

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Editae saepe Dei ore sententiae et sacris expressae litteris in hunc fere modum, iusti memoriam fore cum laudibus sempiternam eundemque loqui etiam defunctum (1), diuturna Ecclesiae opera et voce maxime comprobantur. Haec namque sanctitatis parens et altrix, iuvenili robore vicens ac Numinis afflatu semper acta *propter inhabitantem spiritum eius in nobis* (2), quem-

(1) Ps. CXI, 7:- Prov. X, 7:- Hebr. XI, 4.

(2) Rom. VIII, 11.

admodum iustorum sobolem nobilissimam ipsa unā gignit, enutrit, ulnisque complectitur suis, ita materni amoris instinctu de ipsorum retinenda memoria atque honore instaurando se praebet apprime sollicitam. Ex ea recordatione superna quadam suavitate perfunditur et a mortalis huius peregrinationis miseriis contuendis abducitur, quod beatos illos caelicolas *gaudium suum et coronam* esse iam cernat; quod in ipsis eminentem agnoscat Sponsi caelestis imaginem, quod novo testimonio suis filiis antiqua dicta confirmet: *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt santi* (1). Horum autem praeclara facinora, non modo sunt ad commemorandum iucunda, sed etiam ad imitandum illustra, et magnus virtutis excitator est concentus ille sanctorum Paullinae resonans voci: *imitatores mei estote sicut et ego Christi* (2).

Ob haec, Venerabiles Fratres, Nos, qui vixdum suscepto pontificatu maximo, propositum significavimus enitendi constanter ut «Omnia instaurarentur in Christo»; datis primum encyclicis litteris (3) impense curavimus ut Nobiscum omnes intuerentur in *apostolum et pontificem confessionis nostrae, ...in auctorem fidei et consummatorem Iesum* (4). At quoniam ea fere est infirmitas nostra, ut tanti exemplaris amplitudine facile deterreamur, providentis Dei numine, aliud a nobis est exemplar propositum, quod quum Christo sit proximum, quantum humanae licet naturae, tum aptius congruat cum exiguitate nostra, Beatissima Virgo Augusta Dei Mater (5). Varias denique nacti occasio-

(1) *Rom.* VIII, 28.

(2) *Cor.* IV, 16.

(3) Litt. Encycl. «*E supremi*» die IV m. Octobr. MCMIII.

(4) *Hebr.* III, 1;-XII, 2-3.

(5) Litt. Encycl. «*Ad diem illum*». die II m. Februar, MCMIV.

nes recolendae memoriae sanctorum caelitem, com-
muni admirationi obiecimur fideles hosce seruos ac
dispensatores in domo Domini, et, prout suus cuique
locus est, Eius amicos ac domesticos, qui *per fidem vi-*
cerunt r gna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repro-
missiones (1), ut illorum exemplis adducti, *iam non si-*
mus parvuli fluctuantes et circumferamur omni vento
doctrinae, in nequitia hominum, in astutia ad circum-
ventionem erroris; veritatem autem facientes in charitate,
crescamus in i'lo per omnia qui est caput Christus (2).

Altissimum hoc divinae Providentiae consilium in
tribus maxime viris perfectum fuisse docuimus, quos
magnos pastores eosdemque doctores diversa quidem
aetas tulit, sed aequae propemodum Ecclesiae calamito-
sa. Hi sunt Gregorius Magnus, Ioannes Chrysostomus
et Augustanus Anselmus, quorum saecularia solemnna
celebrari contigit per hos annos. Binis praeterea Ency-
clis Liiteris datis IV Idus Martias anno MCMIV et XI
Calend. Maias MCMIX. doctrinae capita et christianae
vitae praecepta, quotquot opportuna cadere in haec
tempora visa sunt, e sanctorum exemplis monitisque
decerpta, fusius evolvimus.

At quoniam persuasum Nobis est, ad impellendos
homines, illustria Christi militum exempla longe ma-
gis valitura quam verba exquisitasque disceptatio-
nes (3); oblata feliciter opportunitate libentes utimur
saluberrima instituta ab alio pastore sanctissimo ac-
cepta commendandi, quem huic aetati propiorem iis-
demque paene iactatum fluctibus Deus excitavit, San-
ctae Romanae Ecclesiae Cardinalem, Mediolanensium
Antistitem, ante annos CCC a sa. me. Paulo V in san-
c'orum album relatum, Carolum Borromeum. Nec id

(1) *Hebr.* XI, 33.

(2) *Eph* IV, 11 seq.

(3) *Encycl.* «*E Supremi*»

minus ad rem; siquidem, ut memorati Decessoris No-
 stri verba usurpemus: «Dominus, qui facit mirabilia
 »magna solus, magnificavit novissime facere nobis-
 »cum, ac miro dispensationis suae opere statuit super
 »Apostolicae petrae arcem grande luminare, eligens
 »sibi e gremio sacrosanctae Romanae Ecclesiae Caro-
 »lum, sacerdotem fidelem, servum bonum, formam
 »gregis, formam Pastorum. Qui videlicet multiplici
 »fulgore sanctorum operum universam decorando Ec-
 »clesiam, sacerdotibus et populo praeluceret quasi
 »Abel in innocentia, quasi Enoch in munditia, quasi Ia-
 »cob in laborum tolerante, quasi Moyses in mansuetudi-
 »ne, quasi Elias in ardenti zelo, quique imitandum ex-
 »hiberet inter affluentes delicias Hieronymi corporis
 »castigationem, Martini in sublimioribus gradibus hu-
 »militatem, Gregorii pastorem sollicitudinem, liber-
 »tatem Ambrosii, Paulini caritatem, ac demum viden-
 »dum ac perspiciendum ostenderet oculis nostris, mani-
 »bus nostris contrectandum hominem, mundo maxime
 »blandiente, crucifixum mundo, viventem spiritu, ter-
 »rena calcantem, caelestia iugiter negotiantem et, sicut
 »officio in angelum substitutum, ita etiam mente et
 »opere vitam angelorum in terris aemulantem (1).

Haec Decessor ille Noster exactis quinque lustris ab
 obitu Caroli. Nunc vero, ex pleto anno tercentesimo ab
 impertitis eidem sacris honoribus, «merito repletum
 »est gaudio os nostrum et lingua nostra exsultatione
 »in insigni die solemnitatis nostrae, ... in qua... Carolo
 »S. R. E., cui, auctore Domino, praesidemus, Presby-
 »tero Cardinali sacris decernendis honoribus, unicae
 »Sponsae suae nova imponeretur corona, ornata omni
 »lapide pretioso»; Communis autem cum Decessore
 Nostro fiducia Nobis est, ex contemplatione gloriae
 sancti Viri, multoque magis ex eiusdem documentis et

(1) Ex Bulla «*Unigenitus*» an. MDCX, Cal. Nov.

exemplis, debilitari posse impiorum proterviam et confundi omnes qui «gloriantur in simulacris errorum» (1). Itaque renovati Carolo honores, qui gregis ac pastorum huius aetatis exstitit forma, sacraeque disciplinae in melius corrigendae impiger fui propugnator et auctor adversus novos homines, quibus, non fidei morumque restitutio proposita erat, sed potius deformatio atque restinctio quum solacio ac documento erunt catholicis universis, tum iisdem stimulos addent, ut in opus, cui tam impense studemus, instaurationis rerum omnium in Christo, strenue conspirent.

Exploratum profecto vobis est, Venerabiles Fratres, perpetuo exagitata Ecclesiam deseri a Deo nunquam omni consolatione destitutam. Eam namque *Christus dilexit... et semetipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret et exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata* (2). Quin etiam, quo effusior licentia, quo acrior hostilis impetus, quo erroris insidiae callidiores afferre illi supremum videntur exitium, usque adeo, ut filios non paucos de gremio eius avulsos in vitiorum et impietatis gurgitem transversos agant, eo praesentio rem experitur tutelam Numinis. Efficit enim Deus ut error ipse, velint nolint improbi, in triumphum cedat veritatis, cui custodiendae Ecclesia advigilat; corruptio in incrementum sanctitatis, cuius alatrix ipsa est atque magistra; vexatio in mirabiliorem salutem ex inimicis nostris. Ita fit ut, quo tempore Ecclesia profanis oculis videtur saevioribus iactata fluctibus ac paene demersa, tunc nempe pulchrior, validior, purior emergat, maximarum emicans fulgore virtutum.

Sic Dei summa benignitas novis argumentis con-

(1) Ex eadem Bulla «*Unigenitus*».

(2) *Eph.* V, 25 seq.

firmat, Ecclesiam opus esse divinum; sive quod in causa suscipiendi doloris maxima, ob irrepentes in ipsa eius membra errores et noxas, ei det superandum discrimen: sive quod ratum efficiat Christi verbum: *Portae inferi non praevalent adversus eam* (1) sive quod eventibus illud comprobet: *ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi* (2); sive denique quod arcanae virtutis testimonium perhibeat, qua promissus a Christo, maturo huius in caelum reditu *alius Paraclitus* in ipsam iugiter effunditur, ipsam tuetur et in omni tribulatione solatur; spiritus, *qui cum ipsa maneat in aeternum, spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum nec scit eum, quia apud vos manebit et apud vos erit* (3). Hoc ex fonte vita et robur Ecclesiae derivatur; hinc quod eadem, ut Concilium Oecumenium Vaticanum habet, manifestis notis instructa et «tamquam signum levatum in nationes», a quavis alia societate secernitur.

Nec sane absque divinae potentiae prodigio fieri potest ut, diffluente licentia et passim deficientibus membris, Ecclesia, quatenus est corpus Christi mysticum, a doctrinae legum finisque sui sacritate nunquam desciscat; ex iisdem rerum causis pares consecutiones et utilitates derivet; ex complurium filiorum fide ac iustitia fructus capiat salutis uberrimos. Nec minus perspicuum haustae a Deo vitae habet indicium, quod in tam foeda pravaram opinionum colluvie, in tanto perduellium numero, in errorum facie adeo multiplici, constans et immutabilis perseveret, *columna et firmamentum veritatis*, in unius professione doctrinae, in eadem communionem sacramentorum, in divina sui

(1) MATTH. XVI, 18.

(2) MATTH. XXVIII, 20.

(3) ION. XVI, 16 sqq.-26, 59:-XVI, 7 sqq.

(4) Sessio III, c. 3.

constitutione, in regimine, in disciplina morum. Idque eo plus habet admirationis, quod ipsa, non solum resistit malo, sed etiam *vincit in bono malum*, nec bene precari desinit amicis atque inimicis, de eo tota laborans, idque assequi cupiens, ut et communitas hominum et seorsim singuli christianis institutis renouentur. Est enim hoc proprium eius munus in terris, cuius beneficia vel ipsi eius inimici sentiunt.

Se continuará.

ORDO SERVANDUS

IN RELATIONE DE STATU ECCLESiarUM

(CONTINUACIÓN)

CAP. IX.

De institutis religiosis virorum.

102. Utrum vitam communem seruent, vel habitent soli aut in domibus privatis cum sæcularibus: quo habitu incedant: quo modo sustententur: quæ sit eorum fama: utrum aliqui in maioribus ordinibus constituti adsint in diœcesi a suis Præpositis eiecti vel dimissi; et quænam sit eorum agendi ratio.

103. Quibusnam muneribus obeundis se addicant in diœcesi: quo fructu, qua fama: an eorum hospitalia, orphanotrophica, scholæ, etc. iuxta canonicas præscriptiones Ordinarii vigilantia subsint.

Qui curam animarum in parochiis sibi addictis exercent, an in omnibus, quæ ad istam curam spectant, ab Ordinario dependeant.

104. Si religiosi adsint quæstuantes, utrum opportuna S. Sedis decreta hac de re edita ab eis seruentur et an aliquid inconueniens in his acciderit.

105. Utrum aliquod habeat Episcopus cum regula-

ribus offendiculum in exercitio iurisdictionis sive suæ, sive sibi a iure delegatæ.

106. Si congregatio aliqua diœcesana adsit, dicatur in quem finem fuerit instituta, an fini suo respondeat, et quo vinculo domus extradiœcesanæ cum diœcesanis nectantur.

CAP. X.

De institutis religiosis mulierum.

107. Utrum generatim ita religiose vivant ut fidelium exemplo sint: an forte aliqui abusus irrepserint, præsertim post ultimam relationem, et quinam.

Utrum in monasteriis monialium Prælati regulis subiectis, omnia prout de iure procedant, an aliter; et hoc in casu quomodo provisum fuerit.

108. Utrum circa clausuram serventur leges canonicæ.

109. Utrum monasteriorum redditus fideliter administrantur: an monialium dotes fuerint persolutæ et investitæ, et quomodo administrantur.

An ipsæ quoque moniales exemptæ Ordinario rationem reddant de bonorum administratione iuxta canonicas leges.

110. Utrum pro confessione monialium constitutiones et decreta apostolica serventur.

111. Quæ *vitæ activæ* addictæ sunt, quibus operibus incumbant, quo spiritu, qua fidelium utilitate et Ecclesiæ ædificatione.

112. Si adsint quæ infirmis in privatorum domiciliis inserviant, aut rem domesticam in hospitalibus aliisque virorum domibus gerant, quomodo caveatur ne quid inconveniens accidat: an cautelæ ipsæ rite custodiantur; an aliquid hac in re deplorandum sit.

Si religiosæ adsint quæstuantes, utrum opportuna S. Sedis decreta hac de re edita ab eis serventur, et an aliquid inconveniens in his acciderit.

113. Si instituta mere diœcesana habeantur, an hæc cohærenter ad canonicas leges regantur, in quem finem fundata sint, quo fructu vivant, an etiam extra diœcesim diffusa sint, et an variæ domus ab invicem independentes sint, an non.

(Se continuará.)

Descuento á las Fábricas.

Por disposición del Excmo. y Rvdmo. Prelado se descontará de la mensualidad de Julio próximo la cantidad de cuatro pesetas á las parroquias matrices y filiales para el pago de suscripción del BOLETÍN ECLESIAÍSTICO en el año actual.

SUSCRIPCIÓN DIOCESANA para socorrer á los pueblos perjudicados por las pasadas inundaciones.

(Continuación)

Coadjutor y fieles de Santa Marina del Puente, 10 pesetas.—D. Antonio Macía de, Humoso, su madre y hermana, 50.—Párroco. Coadjutor y fieles de Humoso, 17'75.—Coadjutor y fieles de Caldesiños, 12'50.—Pco. é id. de Sobrado de Trives, 16.—Parroco de Compludo, 5.—Vecinos del anejo Palacios de Compludo, 18.—Ecónomo y fieles de Santigoso, 10.—Coadjutor é id. de Mendoya, 23.—Id, é id. de Pradocabalos, 12'50.—Ecónomo é id. de Castrillo de Polvazares, 62.—Párroco é id. de Forcadas y anejo de Requejo y Zamorda, 36.—Id. é id. de Jagoaza, 15.—Coadjutor é id. de Quintela de Edroso,

21'25.—Ecónomo é id. de Pedroso de Carballeda, 17.—Párroco é id. de Pobladura del Valle, 26'90.—Id. é id. de Corgomo, 9.

Párroco y fieles de Sta. Cruz de Abranes, 15.—Ecónomo y fieles de Rimor, 10.—Párroco, Regente y fieles de San Juan de Barrio, 38.—Párroco y fieles de Soutipedre, 22'85.—Coadjutor é id. de Villanueva del Bollo, 9.—Párroco é id. de Torneros de Valdería, 26.—Id. é id. de Castrillo de Cabrera, 12'20.—Id. é id. de S. Juan de la Mata, 20.—Ecónomo é id. de San Agustín de Villafila, 35.—Párroco é id. de Espinoso, 37.—Id. é id. de Castro y Barrio de la Lomba, 34.—Id. é id. de Bemibre de Viana, 35.—Id. é id. de Piñeiro de Trives, 58.—Id. é id. de Anta de Tera, 5.—Párroco, Coadjutor y fieles de Séxamo, 10.—Coadjutor é id. de Millaroso, 7'50.—Párroco é id. de Castro de Cepeda, 65.—Ecónomo é id. de Paradasolana, 10.—Coadjutor é id. de Manzanal de los Infantes, 8.

(Se continuará)

Collationes in mensem Julii.

I.—Moralis.

1.º Antonius in vigilia S.^{ti} Petri formam jejunii servavit, quin jejunare sibi proposuerit: ¿servavit præceptum?

2.º Josephus qui laudabilem consuetudinem contraxit audiendi quotidie sacrum, dominica die adveniente ad præceptum non attendit: ¿adimplet præceptum?

3.º Quidam adolescentulus a parentibus coactus die festivo audit missam, quam alioquin non audiret: ¿servat legem?

4.º Agnes pietati dedita, de suo confessarii consulto,

votum emissit audiendi missam quotidie: ¿tenetur ad duas missas audiendas in festis?

5.º ¿Qui horas canonicas in peccato recitat, adimplet hanc obligationem? ¿Quid de illo dicendum qui sacrilege confitetur?

II.—Liturgica.

Quid exequiarum nomine veniat.—Quibus diebus, cadavere phisice aut moraliter præsentate, prohibetur Missa exequialis; quibus vero permittitur.—An Missa exequialis debeat esse cum cantu, et quidem *unica*.—Novissimæ dispositiones S. R. C. circa Missas privatas de *Requiem* a die vel in die obitus seu depositionis.—Quibus diebus potest celebrari Missa exequialis, si, ob aliquod impedimentum, non potuit celebrari die sepulturæ; quibus vero si ultra primam diem non impeditam transferatur, et quænam Missa hoc in casu dicenda.—Utrum in ultimo triduo majoris hebdomadæ et in festis solemnioribus in quibus, etiam præsentate cadavere, vetita est Missa exequialis peragi possint preces exequiales cum cantu, pulsari companæ emortuali sonitu.

ORDENES

Nuestro Rdm. Prelado confirió Ordenes sagradas á los Sres. siguientes:

De Presbitrado

- D. Atanasio Alonso Salvadores, de Castrillo de los Polvazares.
- » Francisco Javier Florez Gómez, de Villarrín de Campos.
 - » Hilario Panizo Panizo, de Pobladura del Valle.
 - » Honorato Pérez Cuervo, de Astorga.

- D. José Alonso Silva, de San Roman de la Vega.
» Juan Antonio Cabrerros Prada, de Robleda de Sanabria.
» Lorenzo Perez Fernández, de Coomonte.
» Manuel Fernández Abella, de Chano.
» Ovidio Seco Prieto, de Astorga.
» Pablo Blanco Chao, de Astorga.
» Pablo Utrera Rodríguez, de Puebla de Sanabria.
» Salvador Alvarez Díez, de San Miguel de Langre.
» Segundo Egaña Arregui, de Andárroa.
» Victor Alvarez Carballo, de Astorga.
» Victor Eduardo Martinez Rozada, de Armellada.

De Diaconado

- D. Diego Lafuente Vázquez, de Justel.
» Gregorio Alvarez Gómez, de Villafrechos de Campos.
» Manuel Villasante Fernández, de Sotillo de Sanabria.
» José Rodríguez Alvarez, de la Congregación de San Vicente de Paúl.

De Subdiaconado

- D. Benjamín González García, de Bercianos de Valverde.
» Victor Crespo Alonso, de Santa Cruz de Cuerragos.

De Tonsura y Menores

- D. Juan Antonio Rodríguez Villasante, de Lobeznos.
» Miguel Marcos Lemus, de Gavilanes.
» Olegario López Robo, de Vega del Bollo.
» Amadeo Rubio Bardón, de Fasgar.
» Felix Martínez Carrizo, de Sardonedo.

Interesante al Clero parroquial

Revista Catequística.—Con este título acaba de salir á luz en Valladolid una importante publicación

mensual de pedagogía catequística cuyo fin es *servir de ayuda á los que se dedican á la enseñanza del Catecismo* en cumplimiento de las sapientísimas disposiciones de Nuestro Santísimo Padre el Papa Pío X en su Encíclica *Acervo nimis* de 15 de Abril de 1905, secundadas por los Reverendísimos Prelados de nuestra provincia eclesiástica en Carta Pastoral colectiva de 23 de Enero, Decreto sobre la enseñanza de la Doctrina Cristiana de 20 de Febrero y Pastoral y Reglamentos de 1.º de Junio de 1906.

El programa de la nueva Revista es *formar muchos y buenos catequistas, despertar y fomentar el entusiasmo por el apostolado del Catecismo, estudiar los métodos y procedimientos más prácticos para hacer este más agradable é interesante, llevar los niños á Jesucristo, trabajar por conseguir la formación de la juventud católica....*

La dirección de publicación tan necesaria y oportuna está á cargo del M. I. Sr. D. Domingo Rodríguez Muñoz, Canónigo Magistral que ha sido de la S. I. Metropolitana de Valladolid, y es actualmente dignidad de Tesorero en la misma, el que, movido por su acendrado amor á los niños y ardiente celo por la enseñanza religiosa, ha emprendido esta hermosa obra, que seguros estamos ha de realizar á la perfección, según lo garantizan su larga experiencia en la obra de los Catecismos y su extraordinaria competencia en las materias propias de la Revista.

En la redacción ayudan al sabio y celoso canónigo ilustrados sacerdotes del clero parroquial que se distinguen por los nobles entusiasmos con que ejercen su sagrado ministerio y hacen de la catequesis su obra predilecta, empleando en ella el esfuerzo, ardor y constancia recomendados por Su Santidad para que la doctrina cristiana penetre en todas las almas y las empape

enteramente. Tendrán por colaboradores á los más notables catequistas de España.

En el primer número, que tenemos á la vista, después del programa, comienza á tratarse en un interesante y bien escrito artículo el tema *Cuestiones pedagógico-catequísticas*, al que sigue *Explicación del Catecismo* por tres procedimientos distintos, á saber, el *dialogado* para niños, siguiendo la letra del P. Astete, el *histórico* ó *narrativo*, que puede servir para niños de primera Comunión, y el *lógico-analítico*, que constituirá una serie de planes catequísticos con indicación de hechos históricos, sentencias, comparaciones, etc. en donde el catequista hallará un verdadero repertorio.

A continuación se publica la primera de las *Conferencias catequísticas para Adultos*, á la que seguirán otras, todas basadas en el catecismo del Santo Concilio de Trento, según lo prescrito en la Encíclica *Acerbo nimis*. Estas conferencias con la explicación por los tres procedimientos antes indicados, formarán una cuádruple simultánea exposición ó comentario de las cuatro partes del catecismo.

Amenizan la lectura de la Revista otros originales con los títulos de *Dos Escuelas*,—*Bienes que logran los Catequistas*,—*Los amigos de los niños*,—*Jesús Catequista*—y *Crónica del Catecismo*, prometiéndose además una sección de *Consultorio* en que se responderá á cuestiones sobre métodos, dificultades, etc.

Tan excelentes nos han parecido los propósitos de *Revista Catequística*, tan acabada la manera de comenzar á realizarlos en este primer número, tan necesario su argumento y su aparición tan oportuna, tanto en fin es lo que esperamos del cielo y de la habilidad pedagógico-catequística de su director y redactores, que no dudamos ha de tener, con el favor de Dios, la nueva publicación, á pesar de no ser una revista de pasatiem-

po, ni de noticias y artículos sensacionales, favorable acogida y general aceptación entre el clero parroquial de España al que principalmente se destina.

Nosotros la recomendamos sinceramente y sentimos verdadero interés por que á ella se suscriban todos los sacerdotes del obispado, pues estamos persuadidos que en sus páginas hallarán fácil manera de utilizar los adelantos de la Pedagogia para la dilatación del reino de Dios, y de resolver las dificultades que se les ofrezcan en el establecimiento y buena organización de los catecismos parroquiales, obra santísima que ha salvar la sociedad cristiana.

Tres pesetas es el precio de la suscripción anual, que puede hacerse directamente, escribiendo á Valladolid al Sr. Director de la Revista, ó por medio de su corresponsal en Astorga, D. Emilio Rodríguez López, Vicesecretario de Cámara.

ADVERTENCIA

En el número anterior de este BOLETÍN ECLESIASTICO figuran equivocadamente varias cantidades que entregaron «Párroco y fieles de S. Feliz de las Lavanderas» y señores siguientes hasta «Coadjutor y fieles de Villarmeau» inclusive, como recibidas para reparar el «Santuario del Castro». Dichas sumas han sido entregadas por los indicados donantes para «los perjudicados por las pasadas inundaciones», en cuya suscripción han ingresado, según aparece del libro-registro que obra en la Secretaría de Cámara.

ASOCIACIÓN SACERDOTAL DE SUFRAGIOS

Relación de Señores Asociados.

(CONTINUACIÓN)

- D. Manuel Ansola Unzueta, Beneficiado Maestro de Capilla de esta S. A. I. Catedral.
D. José M.^a Martínez, Coadjutor de San Justo y Portela (Valdeorras.)
D. Pablo Utrera Rodríguez, nuevo Presbítero.
D. Gumersindo Salgado Lobo, Coadjutor de Carracedo de la Sierra.



NECROLOGÍA

Han fallecido:

El día 4 del corriente mes de Junio D. Francisco Prieto Alonso, Cura Ecónomo de Laguna de Negrillos (Páramo y Vega).

El 6 del mismo mes, D. Leonardo García Alvarez, Cura-Párroco de Losada (Boeza.)

Pertenecían á la Asociación Sacerdotal de Sufragios y tenían debidamente acreditado el cumplimiento de cargas. Hacen los números 194 y 195 de las Hermanos difuntos.

R. I. P.